

ANTONII DEUSINGH

Med. & Philos.

VINDICIÆ

FOETUS EXTRA
UTERUM GENITI;

Nec non quorundam ipsius
SCRIPTORUM,

*Fasciculo Dissertationum Se-
lectarum Comprehensorum,*

De Unicornu, Lapide Bezaar,
Manna, Saccharo, Agno Vegetabili,
Anseribus Scoticis, Pelecano, Phœnice:

Ut & aliquarum

ELEGANTIARUM PHILOLO-
GICARUM EXAMEN.

*Index generalis Præfationi
subjectus est.*



GRONINGÆ,

Typis JOHANNIS COLLENI, Bi-
bliopolæ & Typographi, ANNO 1664.

PRÆLOQUIUM. 221

Disputationem duntaxat in Academia ventilandam, atque in ea non nisi primaria quædam rei capita attingere: An verò in illis vulgaria tantùm ac trita exhibuerim, iudicium candido Lectori relinquo. De *Boramez* seu *Agno vegetabili* Scythiæ, *Anseribus* Scotiis, *Pelecano*, *Phænice*; non nisi per occasionem actum à me est, cùm de *Doudaïm* Gen. 30. pro *Mandragora* pomis vulgò habitis, itemque de *Mandragora mangoniis* vulgò *Pisse-diefjes* dictis nostratum linguâ, iudicium rogatus meam mentem exprimerem. Pro studio autem de aliis utcunque bene merendi hanc gratiam consequor ab homine invido ac malitioso, ut virulentos viperæ dentes experiar, atque canis mordacis patiar insultus. Sed res ipsas videamus.

S E C T I O. I.

DE UNICORNU

UNicornu nostras contemnit, inquit noster Latrator, quòd eo usus sit ipse
K 3
invisus

invisus Chirurgus: Leve id est præ eo quod dicit idem Nebulo in Epistola, cui *Vincentii Slegelii* nomen præfixit, ubi me *Chironem Groningensem*, quoddam agris Lapidem *Bezaar* & *Unicornu* præscripserit, quorum usu innoxii infiniti salubriter usi sunt, homicidii coram postulasse, non erubescit effutire. Verissimè hîc dixerim, *mentis Cain*: Dissertè ego in *Dissert. de Unicornu* §. 48. Dari verum *Unicornu*, seu substantiam aliquam, quæ tali nomine audiat, ac interim singulari polleat virtute, in dubium non voco; nec decantatas contra venenala laudes per *Unicornu* detraho, &c. Sed quidnam vocas *Unicornu vestras*? an fortè id quod ex Septentrionalibus plagis ad nos affertur. De eo equidem inferius diceretur. Interim, quid urges insuper, *Latrator*, Contemnere me *Unicornu*, inquis, quoddam *Pharmacopolarum* fide hîc standum; quoddam certò definiri nequeat, cui animalis debeat natales? Id equidem ipse agnosco verum: Ac non sine ratione, quis, inquam loc. alleg. ubi agro *Unicornu* præ-

præscripsero, me certiore reddet in tanta
ambiguitate, (quam pluribus *ibid.* ma-
nifestam exhibueram,) verum Unicornu
depromptum iri ex Officina, verum in Urbe
reperiri? quis contra metum ac solitudinem
mibi eximet, ne fortè pro Unicornu materia
quacunque noxia ac lethifera proferatur; ipse-
que, dum magis certa ac salutaria remedia
negligo, incerta præscribo, mortis causam
præbere censeam? An non, inquam,
observanda potius aurea illa admonitio Hor-
atii, quam recitat Wolsf. Hoeferus, Ferd.
H. I. Imperatoris Aula Medicus in suo *Her-
cule*, libr. 8. (pag. 353.) Quia Unicornu,
aliaque similia, ob pestilens lucrum multa-
ries adulterari, ac difficillimè agnosci solent,
cautos in exhibendis talibus nosse oportere;
ac præstare notioribus, tanquam certius ex-
peritis, uti, v. g. Cornu Cervi, terrâ sigil-
latâ, &c. Sed an rationis quicquam est,
quod hîc reponatur? At verd, Deu-
fingi, inquit Nugator noster, nihil ho-
die evidentius est, quàm omne illud Unicornu,
quod Pharmacopæi vendunt, dene-

tem esse piscis illius noti Groenlandici, quem *Narhval* appellant Septentrionales, quem *Tulpius* antè te, inquit, alique, & descripserunt eleganter, & nitidâ iconè oculis legentium subjecerunt. Oporret profectò Tenebrionem isthunc in Offinis Pharmacopœorum parum esse versatum. Certo certius namque asserere ausim, ne hætenus quidem Pharmacopœos ipsos, qui volunt videri religiosiores, illum dentem piscis hodie vulgarem pro Unicornu vero venditare audere, sed loco hujusce, cùm verum ignorent, male Cornu Cervinum porrigere ægrotis. Similiter, magnarii mercatores Simplificium, nequaquam ullum dentem pro vero Unicornu obtrudere audent. Aut qui hunc dentem, quem & ipsi descripsimus, non fide auritâ sed planè oculatâ, quem ab aliis descriptum non dissimulavimus, §. 34. & 36. (quamvis *Ampl. D.D. Tulpium* non itidem citavimus, cùjus posteriorem *Observationum* editionem tunc nondum habebamus,) pro Uni-

Unicornu obtrudunt, illi quid pro quo malâ fide substituunt. Et, quânam audes pro Unicornu verò venditare, Impostor, quod esse *dentem piscis* diffiteri minimè audes. Audi virum Celeberrimum D. Th. Bartholinum, cujus contra me Defensionem molitres, stolidissime Parrone, nequaquam ab ipso Cliente requisitus. Is *Observationum de Unicornu novarum cap. 15.* Nostro aro, inquit, frequentioribus in Groenlandiam, & præcipue Spitzbergam, commerciis, & natura dentis & abundantia innotuit. Quippe illo cornu ficto, inquit, totas novas onerarias impleverunt nuperimis annis mercatores nostri, atque in Europam pro vero Monocerotem intulissent, nisi detractâ larvâ, inquit, à peritioribus pro marino agnitum faisset & detectum: ut mirum non sit Patribus nostris & toti orbi hætenus impositum cornu (quale in Arce Windsor Angliæ, in Fano Dionysii in Galliis, Ultrajecti, & alibi, visenda exponi commemoravi §. 38.) quod similitudine Monocerotem amulatur,

quom neutrum cornu, inquit, exactius vel
 observarint vel observare potuerint. Audi
 porro, impostor, Clariss. Virum Do.
 Olavum Wormium, ibidem à D. Bartholomæo
 allegatum: Hic, tantum abest, inquit,
 veri Monocerotis cornua esse ut statuamus ea
 quæ ex Groenlandia afferuntur, (qualia va-
 rias à Loois pèdes afferri commemorat,
) ut ne quidem cornua dicenda rationibus
 & duntaxat fieri existamemus. Quid verò
 ad ista repones, Nugator? qui nobis
 illud nostras Septentrionale Unicornu,
 quod interiam ipse Dentem piscis Groen-
 landici diffiteri non audes, pro vero
 Unicornu conaris obtrudere? Cacuire
 oporteret Medicum, inquis, qui ex spiris,
 strisq. exterioribus, omnique reliquo ap-
 paratu, nequeat colligere se à Pharmacopœo
 non decipi. Profectò insanire te ipsum
 oportet, Nugator putidissime, qui, ubi
 Dens ille piscis pro Unicornu offertur,
 ex spiris, strisq. exterioribus, omni-
 que reliquo apparatu nequeas colligere,
 te à Pharmacopœo reverà decipi; aut
 si hic

si hic fortè rerum ignarus sis, te decipi
 tuâ supinâ negligentia. At interim, an
 credis inane Nugator, in omnibus of-
 ficinis Pharmacopœorum vel integros
 tales dentes occurrere, vel partes ma-
 jores, ubi *spira striaque exteriores, omni-*
que reliquis apparatus, ut aïs, queat di-
gnosci? Nulla pene urbs hodie est quanti-
 vis pretiis, inquis, quæ non vel integros den-
 tes, vel dentium notabilia frustra, post tot in-
 Grôlandicum litus itinera, ostendat. Cre-
 de mihi, Nugator, post fraudem à Dn.
Olaio Wormio, aliisque peritis viris, de-
 rectam, tanti amplius non fieri illum
 vulgatum piscis Grœnlandiei Dentem,
 ut pro vero Unicornu venditetur jam am-
 plius; esseque urbes multas etiamnum,
 ac plurima certè Pharmacopolia esse,
 ubi vel integri dentes, vel notabilia fru-
 sta, nequaquam occurrant; ubi alia
 quæcunque substantia venditetur pro
 Unicornu, verò, quam ipsi Pharmacopo-
 læ minime norunt, quam nequeunt
 asseverare, ex quonam animali fuerit

228 De Unicornu.

deprompta, cùm & ipsis Eruditis incertum sit hactenus, undenam *verum Unicornu* proveniat, ex quo animali id sit desumendum: ut pluribus ostendi in ipsa quam carpis de *Unicornu Dissertatione*. Unde ipse *Gesner. libr. de Quadrup. cap. de Unicornu*, atque ex ipso *Zacut. Lusit. Med. Princ. Hist. lib. I. obs. 36.* pronunciare non verentur, *verum Unicornu* in domibus Magnatum vix reperiri, & passim pro eo Boum aut Equorum ossa divendi. Ex spiris equidem striisque exterioribus, reliquoque apparatu, si fortè quis adsit ad dentem piscis Groenlandici attinens, facile Medicus peritus, nec tecum cæcutiens, putidissime Nugator, discernere poterit, sibi *verum Unicornu* nequaquam offerri; at in eo quod passim pro vero obtruditur, (quod in Officinis dudum venditari, etiam ante Cornua Piscium frequenti numero asportata, dixi in *Dissert. de Unicornu §. 37.*) in eo, inquam, nec *spira*, nec *stria*, nec reliquis apparatibus consimilis adest, nec indicia

dicia ulla, quibus queat constare ex quonam animalium genere id ipsum fuerit desumptum. De *vestrate Unicornu*, quod *Dentem* esse novimus, quod æquè *verum Unicornu* habemus, ac te *verum Philosophum*, vel *virum Eruditum*, vel *candidum ac sincerum*, nullum nobis est dubium. *Talia Juntila tria*, inquis, *qua Ultrajecti vidimus; talia qua Vienna, Praga, Londini, Hamburgi, Amstelredami visuntur à curiosis.* Talia sunt, quæ ipse descripsi in *Dissert. prædicta*, §. 29. & *seqq.* qualia plura postmodum, in hac quoque urbe, venalia vidi; talia itidem illa quæ commemoravi *ibid.* §. 38. quæque commemorata à *D. Barthol. Observ. de Unicorn. cap. 25. ex Olao Wormio*: ut alia prætermittam: At talia non sunt, quæ descripta à nobis §. 39. 40. 41. itemque 44. Tale non erat, quod ex *Decad. Fabular. Joh. Walcbii* excerptum attexui prædictæ *de Unicornu Dissertationi*. Similiter tale neutiquam habendum, cujus meminit *Excell. D. Faustus*, in li-

teris suis *ibid.* adjectis, quod prope Heidelbergam in Neckari ripa fuerat effossum, insigni certe virtute pollens, cujus aliquot libras mihi dono transmisit: (quod si lucro potius quàm pietati ac probitati essem intentus, jam pridem Pharmacopœis, id avidè petentibus, magno pretio vendidissem.) Progreditur Nugator: Interea Deuslingius non intelligens Bellonium de diversis loqui, inquit, malè confundit piscem hunc *Narbal*; (cui unicum illud cornu, sive dens, barat in superiori maxilla,) cum Hippopotamo illo marino, qui Rosmarus Islandiæ, *Walus* Angliæ, & Moscovitiæ, aliis etiam *Mors* appellatur: nam Rosmarus amphibium est, navis Septentrionis notissimum, vasca nonnihil simile, cui dentes recurvi, cubitales duo, aliquando *pore* (sic passim propendè scribit Criticus) *pore* inquit bicubitales, ex superiori labro exeruntur, convenientissimi in fluxibus uterinis, ex Flochsteetero; cuius penis rasurâ Russi in calculi affectibus uti consueverunt. Hujus Iconem expressit Nierenbergius,

bergius, sed perperam, inquit; convenien-
tissimè Iob. de Læet. Insolentiam hominis
miraris, credo, candide Lector, qui
nunc Bellonium pungit, dum vult videri
carpere nostra, nunc Niteremburgium
perstringit, dum oriundus fortè è tractu
vicino Septentrioni, (ut vult videri,
Unicorni nostræ vocitando Dentem pi-
scis Septentrionalis) præsumit se nosse,
ac posse censurâ quâcunque emendare,
quæ fortè non vidit. Ex Bellonio dixe-
ram §. 27. id quod vulgò pro Cornu Unicorni
venditari (seu publicè ostentari) solet,
esse dentem-Piscis, Gallis Rohart, Septen-
trionalis mari accolis Morß appellati: Hæc
voculam Morß admoedet Nugator, qua-
si malè à Bellonio tributam Pesci qui Norh-
val vocetur, (dentem gerenti, qui pro
Unicorni reverè habendus sit;) cùm
appellatio illa competat Hippopotamo,
animali vacce nonnihil simili, quod
Rasmarnus Islandis, M'atru Anglis & Mo-
seoyitis dicatur; at aliis, ut ait, (sed quib-
us nam ignorat,) Morß appelletur. Vel
certè

certè fingit ille impudens Nugator, *Bellonium* hac voce *Mors Hippopotamum* indigitasse; atque adeò id animal, simile vaccae, pro *Pisce* habuisse (nam *Pisces* *Bellonius* disertè appellat,) cujus *Dens* pro *Cornu Unicornis* vulgò venditari consuevit: Deus fingium verò, qui id non observet, nec intelligat *Bellonium*, de diversis loqui, malè confundere *Pisces* *Narhval*, cui *unicum* illud cornu, sive dens, haeret in superiori maxilla, cum *Hippopotamo marino*. Miraberis fortè, Candide Lector, subtile viri nugacissimi acumen, vel certè, credo, miraberis malitiam, atque improbam libidinem torquendi sensus ac dicta aliorum. Interea quid vocem cavillaris, Nugator? cur non rem ipsam, à *Bellonio* agitatam, propius expendis: Is evidenter ostendit, ut à nobis allegatum §. 35. *Unicornu Vererum*, quantumvis rarum ac pretiosum aestimatum sit, in Medicina tamen insignes facultates non obtinuisse: Uni *Aliano Unicornu* medicum usum præstare; at

re; at illud nigrum esse, adeoque à comuni *Unicornu* diversissimum. Nos equidem, ut sensus dissentientes Autorum conciliemus: dicimus §. 36. plura esse majora *Animalia Unicornia* diversi generis, at cornua animalium toto genere differentium non esse ejusdem naturæ, adeoque nec earundem virium: Fieri autem posse, ut fortè *Cornua Unicornium* diversa Antiquis fuerint cognita, nullius vel exiguæ virtutis Medicæ, at aliud quoddam *Unicornu*, quod magna in Medicina facultatis sit, (Nota iterum Calumniator, me nequaquam vires *Unicornu* voluisse elevare in Medicina,) subsequenti fortè atate demum innotuisse: Ac vero simile esse, inquam, illud ipsum quod Bellonius fortè *Piscis Dentem* existimavit, quod aliis *Piscis* cujusdam *Cornu* habetur, non fuisse vilius Veteribus vel exploratum. Cæterum prædictum illud *Piscis cornu*, non modò verum *Unicornu* non esse, sed ne quidem verum esse *Cornu*, sed *Dentem* omnino esse,

334 De Unicornu.

no esse, ibidem rationibus D. D. Olai Wormii ac Th. Bartholini (de quibus superius) comprobatum ostendo. Hisce non obstantibus, instat nihilominus Calumniator: Sed ad Unicornu, inquit, cujus vires iratis Medicorum peritissimis iniquè eleuas, vellicasque: nam præter quotidiana Arætoi Mundi felicia Experimenta, in febribus malignis, audi Tulpium cordatum Amstelredamensium Medicum, & Consulem: Neque marinum hoc Cornu, ait, ulli terrestrium animalium cornibus virtute inferius est, sive in expellendis variolis & morbillis, sive in domandis febribus malignis. Equidem, quamvis illi ipsi Arætoi Mundi Heroës, Olavus Wormius, ac Th. Bartholinus, detractâ illi denti larvâ fraudem aperuerint, ac patribus nostris totique Orbi hætenus impositum fuisse asseruerint, dum dens ille Piscis Narbval (qui variis in locis ceu magnus thesaurus aservabatur curiosè, cujus interim origo ignorabatur,) pro vero Unicornu habitus est; Ego tamen certè ne quidem

Dentis

Dentis illius vires salutare vel negavi, vel in dubium vocavi; sed diserrè eadem comprobavi §. 34. etiam ipsius *D. Bartholini* adducto testimonio. Et si fortè meum iudicium suspendissem circa vires illius *Dentis*, an ex Viribus ejusdem per alios cognitis, inferre potuisset Nugator ineptissimus, ergo *Unicornu* ipsum, quod vulgo in Officinis solet extolli, quod ab Agyrtis consuevit magno pretio divendi, pro genuino veroque Unicornu habendum. Hoc equidem Cavillator potiùs urgeret: cum *Unicornu* Officinarum, quin imò quod passim à Magnatibus ipsis magno pretio comparatum est, (à dente pilcis prædicto, aut frustulis ejus diversissimum omnino,) quod magnis laudibus jam olim decantatum, res adeò incerta sit, de qua dubitatur, ex quo animali fuerit desumpta, sitque dubium omnino, an, qui se putat *Unicornu* habere, non noxiam potiùs substantiam obineat, nisi experientiâ fallaci ac periculosa prius

236 De Unicornu.

prius fecerit tentamen; cum illa ita se habeant, inquam, longè satius esse, pro Unicornu decantato substituere illum *Dentem Piscis Groenlandici*, eoque deinceps loco *Unicornu veri* uti in Medicina. Ita namque ob dubium ac periculosum usum materiae illius, quæ vulgo pro *Unicornu* in Officinis venditur, vel ab Agyrtis aliisve Mangonibus jactatur, *Rhinocerotis Cornu* in locum *Unicornu veri* substituitur à *Garcia ab Horto*, *Monarde*, aliisque; quod ipsum quoque *Franc. Penna* in novam sui Antidoti compositionem loco *Unicornu* celebrati maluit adoptare, ut ex *Th. Barthol. de Unicornu* c. 21. allegatum à nobis *Diss. de Unicornu* §. 37. Sic Inclytus ac Celeberrimus *Guido Patinus*, ac alii passim magni Viri, pro dubio *Unicornu* potius *Cornu Cervinum* adhibendum hortantur: de qua re item videatur *Ioan. Renodæus libr. 3. de Med. mat. cap. 21. Αεγοδιόρυσ*, est quod subiungit Nugator: *Hoechsteterus*, inquit, in canibus duobus, quibus nucem vomicam obtulerat.

obtulerat, vim ejus alexipharmacam poten-
 tem se expertum fatetur. Medici Augustani,
 inquit porro, Georg. Laubius, Adolph.
 Occo, Vldaricus Rumlerus, Paulus Zang-
 meisterus, Georg. Sigbartus, se canem post
 oblatum ei arsenicum, jam moribundum vi-
 ta iterum restituisse disertè testantur. Ac
 subjungit post illa: I nunc, tantoperè in
 innoxium hoc pharmacam insurge, & ex Pa-
 tino virtutes ejus esse meras nugas audacter
 commemora. Quàm fuciles prodis ine-
 ptias, Nugator! Quæ Hechstetterus, alii-
 que Medici commemorati, ad Unicornu
 verum relata voluerunt, illa ineptè ad
 dentem piscis superiùs expositum trans-
 fers, præter omnem rationem. At in-
 terim certè nec ipse quidem vel vero
 Unicornu, quod à multis celebratur, vel
 Denti prædicto, suam derogo virtutem,
 ut patet ex dictis: Quin imò disertè
 S. 49. in fine, Quomodo verum Unicornu
 explorari debeat ex aliis exponere
 Wolf. Hoeferum (in Hercule suo libr. 8.
 pag. 353.) indicium facio; de qua re
 pluri-

238 De Unicornu.

pluribus agat *Th. Bartholinus de Unicornu cap. 9.* Sic planè aliorum hæc fidei relinquo, nec observata aliorum ullatenus impugno. Quamvis interim si in canibus, vel columbis, aut aliis quibuscunque animantibus, exploratio talis instituat, non illico consimilis eventus eidem expectandus in homine; vult non idem effectus à *Cicuta* in *Homine* ac *Gallina* obtingit: At interim, *Nugator*, quoruscunque eorum qui *Unicornu* vendunt, tentamen ejusmodi prius instituit, quo certus esse queat, quoad pharmacum ipsum, se nec esse deceptum, nec alios decipere. Sed ut pateat planius tua frivola ratio, *Nugator* ineptissime, circa ipsamet tua Experimenta allegata, audi *Virum Excellentiss. Dn. Th. Bartholinum* (quem voluisti in tuam recipere clientelam, invitum planè tibi indignantem;) Is in suis *Observat. novis de Unicornu c. 29.* Experimentis veritatem explorantibus, inquit, binis columbis, vel totidem canibus, exhibito

exhibito aequali pondere vel diverso veneno & Alexipharmaco, ut pœritibus falsi/que indignatur Marinus: utramque enim morti concedere bestiam, quamvis illa tardius que Unicornu assumpserat: Præterea Arsenicum aliaque animalibus gratiâ experientis ingesta, non esse venena, sed corrosiva, quibus antidota minùs convenienter opponuntur, quum unctuosâ esse debeant & emplastica. Mercurialis Consult. 63. arsenico crystallino sorpto Pisanum illum non ab exhibitio Unicornis pulvere, sed superveniente vomitu evasisse suspicatur. Quod & canibus evenire existimandum, inquit: Quibus nihil video, inquit, à Baccis veritate forsân victo repositum. Vidisse se aliàs apud Cardinalem Trideminum simile in Columbâ spectaculum serid affirmat lib. 3. à quo non abludit Garzia ab Horto in Canibus observatio l. 1. de Arom. Hist. cap. 14. & Philippi Hæchstetteri Decad. 5. Observ. Med. cas. 9. verùm utriusque diversum à Monocerote Cornu fuisse oportet, vel eventum impatientes mora postea infelicem ex primo confestim statucius justo

340 De Unicornu.

justo astimâsse. Hæc Bartholinus. Equidem in familia sua cornu quoddam servari ignotæ speciei testatur. Philip. Hæchstetterus loc. alleg. deprædicatum à Petro Paulo Hæchstettero in Dysenteria pestilentiali; ipsum verò se in malignis febribus aliisque certo salutis eventu vim hujus explorâsse. Quâ fronte verò, Nugator insolens, hæc & similia ad Dentem illum tuum Piscis Narbval, seu ad Unicornu vestras, ut vocas, adeò audacter refers. Ac denuò, quod attinet Experimenta similia, audi ipsummet Amplissimum Dn. Tulpium à te allegatum Obs. libr. 4. cap. 58. ubi imposuisse Casparo Bartholino (neganti Arctoo illi Unicornu inesse. vim singularem adversus venena,) ait quod in canibus fecit periculum, sive per arsenicum, sive Mercurium sublimatum, quibus duobus, inquit, potissimum in ejusmodi tentamentis utimur: quæ sicca, inquit, atque adurentia venena, ut maximè temperat lene aliquod oleum, sic adeò non refrænât nedum coër-

coërcet, quin potius exasperat, hęcus non modò hujus *Unicornu*, verum etiam quorumcunque Cornuum pulvis. Sed quâ fronte audes, impudentissime Tenebrio, in magnum illum quoque *Guid. Patinum*, incomparabilem Virum, Regium Professore Parisiensem, canino dente insurgere? cujus sententiam de *Unicornu*, Corollarii loco sententiæ nostræ subjicere volui: Pro se ipse is loquitur: Eruditissimorum, inquit, Medicorum autoritate, nostra sententia fulcitur, maximè D. D. *Capellani*, *Dureti*, *Parai*, *Altini*, Schola quondam Parisiensis Doctorum; *Mercurialis*, *Baccii*, *Sylvatici*, *Itatorum*; *Thoma Erasti*, *Germani*; sexcentorumque aliorum. Tunc verò tantis Luminibus, Tenebrio, te audes opponere? Tunc tuos iratos Medicorum peritissimos, quos stolidè innuis, at nominare non audes, hęc audes obtrudere? Reverà is ipse es, Latrator Impurissime, qui (ut loqueris in Epistola Vincentii Slegelii nomine insignita,) *Celeberimum*

L

quemque

quemque Medicum, ut celebrior & major
 habeatur ipse, publicis sed immaturis scriptis
 flagellas. Sed audi Inclytum atque Am-
 pliss. Dn. Tulpium, à te ipso laudatum:
 Is lot. alleg. statuens Encomium Cornu
 Asini Indici perperam intellectum, an-
 sam dedisse spisso illi errori, ut vocat,
 in quem atque non delapsi, verum planè im-
 mersi, nescio quàm gloriòse, inquit, præ-
 dicarunt Antiquorum hoc cornu (Motho-
 cerotis) ceu presentissimum ad venena re-
 medium: In quo futile commento equidem,
 inquit, profecto non possum alterius com-
 mittere, sed dispudet Mundo tam diu verba da-
 ta, in remedio, à nostri seculi hominibus,
 cogitatione potius, quàm usu, aut eventu
 deprehenso: uti videre est, inquit, a quod
 Hieronymum Mercurialem, Ambros. Pa-
 ratum, aliosque Artis nostra Coryphaeos.
 Hociplum est, quod inculcat Patinus,
 in quem, impudentissime Latrator, ve-
 luti in nos quoque in negotio eodem,
 dente virulento impetum fecisti. I nunc,
 Tenebris, ac tantopere in innoxios,
 quin

De Unicornu. 243

quoniam imò publico bono inservientes, atque noxia & periculosa, vel dubia certe, arcenses pharmaca, tantâ virulentia insurge, & ex cerebro tuo ineptias futes merasque nugas, quibus inebriatus videris, adeò audacter commemorata.

SECTIO II. DE LAPIDE BE- ZAAR.

AD alia transit malitiosus Nugator :
De Lapide Bezaar commentantem, inquit, audire Deus fingium, non vacabit ei, qui eradita Baubini & Primirofii monumenta evoluit. Ita esto, Bernharde, nec verò hic nostrum est conferre suffragium. Judicabunt de re ipsa, Candidi Lectores, quibus otium & animus. Saltem iis, spero, proderunt nostra, qui non volverunt monumenta aliorum : Ac fortè & aliis, candidioribus animis, qui alios lustrarunt, non erunt ingrata. Tuum saltem iudicium suspectum est

244 De Lapide Bezaar.

his, qui vident te nimium indulgere passionibus. Ac purant prudentes pro commendatione id esse, quod saltem hic nihil inveneris quod carperes; quia si quid ullibi invenire potuisses, non abstinuisses, nec pepercisses quibusvis aliis per meum latus pungendis, quod gloriolam captares: Sed defuit tibi non sanè voluntas sed ipsa facultas: Hinc alias item *Dissertationes* nonnullas, *Fasciculo selectarum Dissertationum* comprehensas, non ausus fuisti vel verbulo tangere, vel saltem nominare: ubi utique tibi dicere non licuit cum *Blotiesandao* in *Prefatione*, alia transcripta, alia protrita, & in quovis circulo obvia, nihil adeò novum, rarum; sed eodem interim maledicendi affectu dicere potuisti, quod dicebas ipse in *Epistola Vincentii* cui nomen dedisti, ut *Africa* olim aliquid semper novi attulit, ita hodie prurientem Deus ingui calamus. Ita invenis semper, ubi viperinam tuam bilem affrices: sive trita sive nova tibi nostra occurrant, eodem perpetuo